CORSICA-

68



Orficam nomen suum à muliere quadam eius ominis accepisse ferunt. aiunt quidam à Corso eius terræ domino. quamquam (vt ait Thomas Porcachus) dicunt alij sic appellatam à qualitate cacuminis montis alicuius: eò quòd korsos apud Græcos sonet Templum cacuminis, seu Templum montis. Olim à Græcis Cyrnus vocabatur, à Cyrno Herculis filio, sed prius Terasina dicia erat. Insulæ huius primos cultores suisse ferunt Persas, qui prius sub Caspijs habitauerant, ac Caspij corsi nominabantur. Hodierni Corsice incolæ etiam-

num, vei olim, habentur homines agrelles ferocelque, qui vel iplo alpe cu animi ferocitatem referant. Homines pauperrimi, ac à literis prorfus alieni. Dividitur autem Infula in quatuor partes. Latus Orientale ab incolis diciturBanda di dentro: Occidentale Banda di fuora; Meridionale quod vergit versus castrum Bonifacij di la da monti, id est, Transmontana; Septentrionale versus promontorium, quod caput Corfum dicunt. di qua da monti. id est, Cismontanam vocant ! linius memorat olim in ea fuisse ciuitates triginta tres: hodie nullam ferè habet præter vnam Bastiam, paruam maritimamque vrbem, in qua resider supremus Gubernator, quem quotannis illis constituunt Genuenses. Eft & Nebbium ciuitas cum Comitatu, eam Ptolomæus, Cersunum videtur appellasse. Portus habet binos hæc infula satis amplos, maximarum nauium capaces, in sinu qui vocatur S. Florentij. Eft & sancti Bonifacij portus, à Ptolomæo dictus portus Syracusanus. Insula pessime culta: estenim aspera petrolaque, loca habens altissima ac deserta. Crescit optimum & nobilissimum vinum in ea Insulæ parte quæ respicit Tiguriam . Fert quoque resinam , mel & similia; non tamen laudatur mel in ea collectum. Referta est ouibus & bobus ea pars quæ respicit Hetruriam Italia; est mediocriter plana, habetque ibi fœcundum folum, & producit nobiles & dulces fructus. In reliquis ferè locis aditu est difficilis ob montium asperitatem. In montanis que vocantur.Illia Orba, vbi infula est eleuatissima, ingens numerus oberrat animalium, quæ ipsi Capras alij Muffolas appellant, animal præterquam in hac infula & Sardinia nufquam apparens in tota Europa: habens corium & pilos inftar cerui, & cornua inftar arietis, non longa, fed retro circum aures reflexa præcipuæ duritiei, vt fi altitudine 50. pedum præcipitetur inter faxa, ac capiti incumbat, non lædatur, magnitudinem retinés cerui mediocris, Solifque herbis vescitur, cursu præd tum velocissimo, carnes habens gustu sapidas. Fluminibus rigatur Gelone, Tauiguano, Sagona, Bauono, Tegiamo, ac nonnullis alijs. Syluis nemoribulque que refinam exhibent: montes hinc inde veftiuntur. Montes verò pracipui funt, quos dixi Illia Orba vocati; item Cheparteno mons, mons Tenda, mons Gualango, mons Rossus. Ferri minæras habet in comitatu Nebbiensi, secundum Biuiacu amnem, & prope Sanctum Florentium. Salis fodinæ funt dictæ ab incolis, Salinæ della Roia. Sunt præterea valles quadam profundissima, nebulis nullo non anni tempore obducta, in quibus Chrystallum ferunt haberi. In mari autem inter Corsicam & Sardiniam Corallium legitur. Thermas habet complures, vti eas quas vocant de pietra Pola; item prope Asca in valle Caroggia; item interritorio Nebbienfi nonnulla alia. Ab Occidente & Septentrione respicit mare Ligusticum; ab Oreu Tyrehenum; à Meridie Sardiniam. In hanc infulam aliquando irruerunt Saraceni, eamque fibi vendicarunt, Genuenfes autem duce Ademaro classem expedientes atque infulam adeun tes,eam de manibus infidelium eripuêre,eamque etiamnum sub potestate sua retinent, ita vt per totam insulam nulli incolarum arma gestare licearidantque illis Genuenses singulis annis gubernatorem vnum generalem. Fuit & in infula hac ciuitas antiqua Aleria d cta, tribus ferme milia-

ribus Germanicis distans à Basta (Bastia autem penult.prod.dicitur) Sed iacet hodie in ruinis, nec quisquam ibi nunc habitat præter pastores, translatus que est inde Archiepiscopatus ad Bastiam. haud procul ab area ciuitatis A leriæ labitur sluuius quidam, qui maximus habetur inter amnes Corsicæ.



Corsica insula maris Mediterranei, ingressi admodum disficilis propter arduas quibus tota circumdatur montes quin et interius maxima ex parte montola est, unde et fromenci minus serax. In precio tamen est vinum Corsicum, quod mide Roman anchitur. Equos practerea gignit egregios, quemadmodum et canes venaticos sucolarii etiam Corsicum sorticum militaris commendatur apud Icalos. Primum susula hac a syrrhenis capta est inde a Carthagmenssis, quibus eam postea eripuerunt Romani, a quibus et recenta susul donec à Saracenis expellerentur, il deinde a Genuensis, est i qui et insposicion a France expelluntur, atque per cos in Pontissium potestacem insula redigitur. tandem a Genuensious recuperatur, sub quorum etuamnum est imperio. Descripsic autem Corsicam I cander Albertus ex commentario, supstimissi suman adeo exacte vi mini penitus in ca desidevari videatur.

